



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Opera Mystica V. Ac Mystici Doctoris F. Ioannis A Crvce
Primi Religiosi Discalceati Ordinis B. V. M. De Monte
Carmelo Et Seraphicæ Virginis Theresiæ fidelissimi
coadiutoris**

Juan <de la Cruz>

Coloniæ Agrippinæ, 1639

Capvt XXII. Tertius Versus Cantus secundi explanatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37873

Reclinatorium aureum, ascensum purpureum, media charitate conformatum. Hoc rubeo vestitu induita est anima, quando (sicuti superius in primo Cantu explicatum est) iste & ab inuierlis creatis rebus anxietibus amoris inflammata, in nocte obscura per secretam istam contemplationis scalam ad perfectam amoris Dei dilectionem salutis suæ, unionem egreditur.

Hæc itaq; est transformatio, qua anima in fidei nocte per istam scalam secretam se induitam afferit: & isti sunt tres colores personati schematis istius qui sunt aptissima quædam dispositio ad ueniendam Deo animam secundum tres ipsius potentias; memoriam videlicet, intellectum & voluntatem. Fides siquidem euacuat & obscurat intellectum ab omnibus intelligentijs suis naturalibus,

Fides euacuat intellectum. Fides siquidem euacuat & obscurat intellectum ab omnibus intelligentijs suis naturalibus, per quod eum disponit ad copulandum illum sapientiae diuinæ. Spes vero euacuat & ab omni creaturæ possessione separat memoriam: nam spes eorum est quæ non possidentur. Sicut ait S. Paulus.

Spes autem quæ videtur non est spes: atq; ita ab omni eo quod in hac vita possidere potest diuellit memoriam, ac in eo quod possidere sperat, eam constituit. Eridicte spes Dei solius, pure disponit memoriam, secundum vacuitatis mensuram, quam in ea producit, ad ipsam cum eo ueniendam. Eodem prols modo charitas affectus appetitusq; voluntatis ab omni eo quod Deus non est euacuat, & in eo solo ipsos collocat: atque ita virtus hæc disponit potentiam istam & illam per amorem Deo coniungit. Vnde quoniam virtutum istarum munus & proprietas est diuellere & separare animam ab omni eo quod Deo minus est, consequenter etiam ad illas spectat, ipsam illi uire. Atque ita nisi serio trium istarum virtutum sche-

Charitas euacuat voluntatem.

Spes euacuat voluntatem. Rom. 8. 25.

Spes euacuat voluntatem. Rom. 8. 25.

Spes euacuat voluntatem.

mate induita incedat anima, impossibile est eam ad perfectionem amoris diuini peruenire: quapropter ad obtinendum id quod optabat, hanc nimurum amoris deletabilemque cum eo cum suo dilectio uionem, necessarium admodum & conueniens schema & transformationem absumpit. Magna quoque felicitas forsque fuit huiusmodi elegisse velles, ac in ijs, usque ad tantopere exoptantissimam affectionem, ac est uirio amoris, peruerasse, & propterea confessum sequentem verbum canit.

C A P V T XXII.

Tertius Versus Cantus secundi expla-natur.

O sortem fortunatam.

*I*quido iam patet fortunatam animæ sortem fuisse tam arduum opus, ac est istud, ad exoptatum exitum perduisse, per quod à dæmonie mundo, propriaque sensualitate libera euasit, preiolumque & ab omnibus, expertam spiritus libertatem obtinuit, & ab infinitis ad sublimia concendit ac tandem ex terra facta est cælestis, ex humana diuina, in calis iam, eorum instar, qui in perfectionis statu versantur (vt iam dicemus) conuersando. Quanquam compendiolius iam nobis hac de re agendum sit, quandoquidem id quod majoris etat momenti, & propter quod ego maxime hunc assumpti labore me diocriter demonstratum est, explicare enim volui, ac propagare noctem istam animabus multis, quæ cum in illa versantur, per illamque transire, nullam tamen ipsius noctem (quemadmodum in processio dictu est) habe-

habebant; præterea explicatum est à me
(quamquam longe minus eo quod in tñi
veritate est) quam ingentia sint bona quæ
nō hæc secum adducit animæ, quantaq;
honestum felicitas sit, qui per eam tran-
seunt: vt si quando contingat eos tanto-
rum laborum horrore difficultateque cō-
fornati, certa tantorum adeoque excel-
lentium Dei honorum spe, que per eam
consequuntur, animum viresque resu-
mant. Fortunata præterea fuit animæ
sors, exitus iste, ob ea quæ sequenti versu
confestim subiungit.

CAPVT. XXIII.

Quartu exponitur Versus. Admirabile etiam
describunt latibulum seu recessus, in quo in nocte
incollatur anima, & qua ratione quamvis
Demoni ad alios sublimissimos recessus la-
tibulaque pateat aditus, nequa-
quam tamen ad
illud.

In obscuro & bene celata.

Celata, idem est ac in abscondito vel
occultè: atque ita, id quo hoc loco
dicit anima, se in obscuro & bene celatam
fuisse egressam, nihil aliud est, quam plenius
& manifestius maximam quam pri-
mo Canticus huius exposuit verlu, securi-
tatem, quam mediæ istâ contemplatione
obscurâ in via uionis amoris Dei, adepta
et explicare.

Cum itaque dicit anima, In obscuro &
bene celata, perinde est ac si dixisset, quod
quoniam p̄fato modo in obscuro per-
agebat, se dæmoni eiutque technis &
insidijs tecum & absconditam petrexisse.
Causa porcò ob quam anima in contem-
plationis huius obscuritate ab insidijs dæ-
monis libera occultaque fuerit est, quia

cōtemplatio infusa quæ hic potitur passi-
uo & arcano modo illi infunditur, absque
interiorum videlicet exteriorumque sen-
suum & appetitum sensitiæ partis ope-
ratione & interventu. Atque hinc prouen-
it, vt non ab impedimentis duntaxat,
quæ ob naturam & debilitatem suam po-
tentiaæ istæ adferre possunt, abscondita li-
beraque euadat anima: sed etiam ab ipso
dæmoni, qui nulla ratione aliquid eorum
que in anima sunt aut geruntur attingere
inuestigare que potest, nisi medijs poten-
tijs istis partis sensitiæ. Vnde quo com-
municatio magis fuerit spiritualis, interna
& à sensibus remora, eo minus eam dæ-
mon agnosceret & explorare valeret. Quā-
obrem maximi est momenti ad anima
ipsius securitatem ut interior cum Deo
conuersatio taliter fiat, vt ipsimē partis
inferioris sensus obscuri ab ea remaneant,
vacui, & ieconi, neque illam assequan-
tur. Primo ad præbendum locum ut com-
municatio spiritualis copiosior sit, non
impediente sensitiæ partis debilitate,
spiritus libertatem. Secundo, quia se-
curius agit, dæmon nequam ad-
ed interna penetrat. Et ad hoc proposi-
tum spiritualiter loquendo, verba illa
Saluatoris intelligere possumus. Nesciat
sinastrata, quid faciat dexterata: quod
est, ac si dixisset, id quod in parte dex-
tera agitur, quæ est superior & spiritualis
animæ, minime id sinistra sciat, hoc est,
taliter id hat ut inferior animæ tuæ por-
tio, quæ est pars sensitiua, nequa-
quam illud assequatur: sed sit hoc se-
cretum, inter spiritum duntaxat &
Deum. Quanquam verum sit non ra-
to euenire, quod cum communicatio-
nes istæ spirituales intimæ & admo-
dum arcanæ reperiuntur in anima, licet
eniuimodi sint, aut qualiter fiant, dæ-
mon nequeat explorare, ob ingentem

*Nullo mo-
do potest
demon a-
liquide co-
rum, qua-
in anima
sunt ait
geruntur
cognoscere
nisi medijs
potentij
sensitiæ
partis.*

L 1 2 tamen

3.
INIS
TUCE

PERA
stica

124

Matt. 6.3.